

/ Ill/me et Rev/me mi Dñe Dñe colendiss/me

Quam miser et periculosus sit status hujus almae olim nobilissimae et antiquissimae Ecclesiae Curiensis ex praesenti relatione facile colligere potest Ill/ma et R/ma D.V. Ego in quantum potui, pro 5 hac afflicta Ecclesia mea, quam tempore meae persecutionis, ubi licuit et a technis haereticorum impeditus non fui, visitavi, et multum laboravi, licet mei exilii causae variae existant, praecipue tamen duae sunt.

Prima haereticorum malitia; 2<sup>a</sup> cujusdam Venetorum Oratoris Jo-  
10 annis Antonii Mariae Vincenti, qui anno 1607. ~~A~~stante interdicto S.D. N. in Venetos) me apud DD. trium foederum multoties accusaverat, quod ipso praesente, dicere sacra noluerim, et quod è suggestu populum mihi commissum docuerim, nec militem conscribendum, nec transitum dandum Venetis contra S.D.N., et quod impediverim transitum Venetis a 15 DD. trium foederum modo concessum; cujus ergo haereticorum furiam taliter in me excitavi, ut exulare coactus fuerim.

Non ita pridem Curiam venit ~~Dominus~~ Gregorius Barbarico, nobilis Venetus, qui astutia quadam et ingenti pecunia quaerit renovationem abdicati Foederis, ut militem haereticorum, quem in variis Germaniae 20 partibus conscribunt, per hunc meum Episcopatum, qui in confinibus Italiae est, in Italiam ducere possint; alibi enim ipsis omnis transitus interclusus est. Quod si acquirerent, periclitaretur fides, et catholici persecutiones intollerabiles ab huiusmodi hominibus paterentur. ~~E~~Ego officio meo satisfacere volens, me huic malo opposui, et 25 spero DD. Rhaetos petitum transitum nunquam datuos. Vicini principes et Respublica catholica multum mirantur Venetorum astutiam et nostrorum hominum inconstantiam.

Ill/me et Re/ma Dñe, anno elapso quidam Patres Societatis Jesu de consensu superiorum ex Valle Telina oriundi (extraneis enim non 30 datur accessus) in dicta Valle multum pro Christi nomine laborarunt, qui tandem haereticorum malitia patriam et amicos, quos habent per-

/ plures, et nobiles relinquere et exulare etiam coacti sunt; post  
jus expulsionem Christianissima Franciae Regina offitiosè admodum,  
et pie, commendavit negotium patrum, è dicta Valle dimissorum, suo  
Legato apud Rhaetos, et ego meas agnoscens partes, pro reditu dicto-  
5 rum multum fedi, et illud negotium Ill/mo et Re/mo D. Ladislao Ep̄o Ve-  
nefrano, S.D.N. Nuntio ad Helvetos et Rhaetos, imo Helvetis catholi-  
cis multoties commendavi, hactenus tamen nihil obtinui. Quare Ill/m<sup>m</sup>  
et Re/mam D.V. obnixè rogo, quatenus in hoc negotio, (quod augmentum  
fidei et salutem totius Rhetiae, eorumque subditorum concernit), su-  
10 as partes interponere et cum S.D.N. agere velit, ut medio praefatae  
Christianissimae Reginae et DD. Helvetorum quinque cantonum catholi-  
corum dicti patres in Vallem Telinam redire, et salutem propriae pa-  
triae quaerere possint.

Quaedam medio Ill/mi et Re/mi Cardinalis Milini a S.D.N. petii,  
15 quae ab ipso intelliget; quae si Ill/mi et Re/mi DD. mei clementis-  
simi a S.D.N. impetrarent, facerent Deo rem gratam, et afflictae meae  
omnino necessariam.

Ill/mae et Rev/mae D. V/ae me et hanc afflictam meam Ecclesiam  
humillime commendo. Cui ab Omnipotente Deo omnia felicia precor.

20 Datum Furstenburgii 10. Januarii 1614.

Ill/mae ac R/mae D. V.

addict/mus servus

Joannes Episcopus Curiensis

adresse:

25 Ill/mo et Rev/mo Dn̄o, Dn̄o meo clemen/mo Roberto Bellarmino

S.R.E. Cardinali. Romam . (sceau de l'év.)

---

Münster, Reichsarchiv. M Jesuitica in genere, fasc. XIX n. 324. orig.

Döllinger... Moralstreitigkeiten... t. II p. 264.